Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-438366-p0001-9
DFG

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-438366-p0002-4

10340.

1797, 16.

# DE EXHIBITIONE DELINQVENTIVM SPECIMEN SECVNDVM.

DE

FORIS PRIVILEGIATIS SAXONICIS,

SCHRIFTSASSICO, ACADEMICO, MILITARI,

SCRIPSIT

ET

ILLVSTRIS IVRECONSVLTORVM ORDINIS

AVCTORITATE

PRO

SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS

RITE CAPESSENDIS

PVBLICE DISPVTABIT

A. D. XIX. SEPT. MDCCXCVII

H. L. Q. C.

CAROLVS THEODORVS GVTIAHR

SORAVIA - LVSATVS

PHIL. DOCT. ET ARTT. LIBB. MAG.

IVRIS VTRIVSQVE BACC.

LIPSIAE

TYPIS SOMMERIANIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-438366-p0003-0

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-438366-p0004-5

DE

# EXHIBITIONE DELINQVENTIVM

## SPECIMEN SECVNDVM.

Quam in prima huius argumenti diſputatione promiſeramus eiusdem generis continuationem, eam per has paginas traditam volumus lecturis. Quantum licere videbatur, ſtare promiſſis ſtuduimus. Licebat autem per voluntatem, parum licebat forte per vires, non magis per occaſionem opportunitatemque. Etenim cum in animo eſſet aeque ac in illa promiſſione, vt, tractatis in primo libello iure publico vniverſali, Romano, gentium hodierno, atque Saxonico, ſequeretur nunc explicatio legum conſuetudinumque, quae in omni Germania circa delinquentium exhibitionem inuenirentur, transiretur demum, ſi qua noua diſputandi occaſio eſſet, ad fora Saxonica priuilegiata, atque Luſatica: factum per belli inuidiam eſt atque diſcrimina, vt, rupta conſuetudine, quam paſſim per Germaniam nectendam curaueramus cum viris legum patriarum peritis, ea, quae tertio loco prodire debebat, diſputatio, ſecundae locum occuparet.

Quae tamen ipſa conſilii mutatio non poteſt ingrata nobis videri, cum ſic citius ac per illam propoſiti rationem licuiſſet, ad patrias leges vocemur.



Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-438366-p0005-1

Sed haud poenitebit, omni noſtrae diſputationi quaedam praefixiſſe, de quibus, niſi a me moneretur, praevideo, fore, vt aliis moneatur. Etſi enim frons libelli operis conditionem indicare videtur ac terminos diſſerendi ponere, tamen ea eſt argumenti natura, qua facile poſſint, qui non diligenter conſilii noſtri rationem perpendant, ad aliena quaeque vocari.

Primum autem quod velim teneant, qui libelli huius inveniantur lectores, hoc eſt, de foris ipſis privilegiatis, mutuoque nexu eorum ſcribendum mihi haud eſſe, vtpote, qui non librum, quo omnis fere totius iurisdictionis Saxonicae ambitus contineatur, ſuſceperim contexendum, ſed nectendas magis paginas quasdam diſputandi negotio aptatas. Quamobrem omnia, quorum non certa intelligebatur coniunctio cum exhibitione, mittenda cenſui, nec retinenda ex omni iurisdictionis materia niſi in quibus ipſa exhibitio cernebatur. Deinde vero id, quod in libelli ipſius indicis verbis conſpicuum eſt, reuocandum magis ac vltro monendum videtur, me de eo exhibitionis genere diſputare, quod in delinquentibus, non quod in delictis occurrit. Inde quidquid aut in ciuilibus erit aut non in delinquentium perſonis poſitum, id iure meo a me negligetur, nec erit de ſingulis, v. c. debitorum, cadaueris, in quo erat delictum, neque rerum a delinquente poſſeſſarum exhibitionibus diſſerendum. Caeterum, ne qui deſiderare ſibi videantur eximium illud in exhibendo privilegium, praefecturis noſtris conceſſum in Ord. prov. de a. 1555 tit. *daſs man die Uebelthäter,* et Reſ. grav. d. a. 1661, tit. *vom Juſtitienſachen*, §. 45, hoc confiteor me iam in prima diſputatione, cum de Saxonica exhibitione in genere dicerem, praeripuiſſe.

Vt vero de ipſa argumenti tractatione dicatur, vix opus eſſe putamus de eo quidquam monere, quod et rei ipſius naturae conſentaneum et diuturno vſu probatum eſt: in Schriftſaſſo grauiter delinquente praefecturis competere poteſtatem deprehendendi ac detinendi. Nam etſi non negamus, Schriftſaſſum etiam, in flagranti deprehenſum a proximo quouis iudice poſſe teneri: tamen, ſi petatur, ad praefecturas eſt remittendus. Sin autem, delicto iam perpetrato, res innoteſcat, habeatque praefectura in eodem loco ſedem, ſoli praefecturae deprehendendi Schriftſaſſi ius tribuendum videtur, vbi vero in loco eiusmodi tribunal non inueniatur, deprehendendus quidem erit iudici loci delinquens, modo ſit de fuga ſuſpectus, nihilo tamen minus proximae praefecturae exhibendus. Quandocumque autem factum ſit, vt exhiberetur delinquens praefecturae, illico haec ad Summ. Reg. referre, ſpecialemque in ſingulis cauſſis commiſſionem exſpectare debebit. [a])

Tranſeatur ſtatim ad aliam exhibendi ſpeciem, eamque nobis et natura et propinquitate ſua inſignem. Deſcendit enim ex academiarum iurisdictione. Quarum cum duae in Saxonia floreant, de ſingulis erit agendum. Quum vero quae Lipſiae alitur Vitebergenſem et antiquitatis omine et iuris dicundi praerogatiua antecellat, hanc et apud nos illius tractatio praecedat.

Nullo autem iure ſatisfeciſſe nobis videremur, niſi quae antiquitas ſingularia admodum hoc in genere nobis exhibet, recenſenda iudicaremus. Etenim cum per ſe ſatis ſit extraordinarium, gladium in artium manibus, poteſtatem

a) Plura de hac re legere licebit in V. Ill. Erhardi, in cuius nomine celebratio ineſt, libro: *Handbuch des churſächſ. peinl. Rechts. Th. II, Abth. I, cap. 3.*

eius in academiarum iuribus inueniri, facile nihilo minus per conſuetudinem ſit temporumque mores, vt et hoc a nobis feratur. Sed vbi audimus, hanc poteſtatem non talem, qualem alibi conſpicimus, nec intra conſuetos fines ſuos coarctatam, ſed cum cumulo quodam efficaciae tributam inermi huic corpori eſſe, non immerito huius rei depoſcimus cauſam. Et haud ſcio ſane an hic ipſe locus ad nos pertineat. Nam etſi hac noſtra aetate intra ſuos limites reuocatam videmus illam academiae Lipſienſis poteſtatem, longe aliter ſeſe res prioribus ſaeculis habebat. Scimus enim, eo vsque extenſum olim fuiſſe academiae ius, poſcendi, vt ipſi, quae in delinquendo prehenſa eſſent eius membra exhiberentur, vt, quicumque academicus, delicto perpetrato, intra quindecim milliaria (tres dietas) deprehenderetur, is auocari poſſet tribunali academico. Quae hercle poteſtatis ratio tanta eſt, vt facile intelligatur, non ſtatim ad illud faſtigium peruentum Academiae eſſe, ſed ſenſim atque per gradus. Atque ita factum eſſe, ab hiſtoria ipſa edocemur. Primam autem horum priuilegiorum originem inuenire mihi videor in notiſſima illa Alexandri V. Pontificis academiae confirmatione, (quae paſſim legitur) iisque eius locis, vbi Epiſcopo Martisburgenſi aut imponitur munus confirmandorum eorum, qui ſint ad gradus academicos adſpiraturi [b]), aut idem cancellariatus honore ornatur eadem lege, qua alii aliarum academiarum Cancella-

b) Verba documenti haec ſunt: *vt illi qui proceſſu temporis in eodem ſtudio brabeum in ea facultate, aut in illa ſcientia, in qua ſtuduerunt, meruerint obtinere, ſibique docendi licentiam, vt alios erudire valeant, ac Magiſterii ſeu Doctoratus honorem ac Baccalaureatus gradum petierint impendi per Magiſtrum vel Magiſtros ac Doctores illius Facultatis ac Scientiae, in qua examinatio fuerit facienda, Epiſcopo Merſburgenſi, exiſtenti pro tempore, debeant praeſentari.*

rii eodem ſint per Pontificis potentiam induti. [c]) Quo quidem loco duplex argumentum contineri videtur. Et primum quidem videmus, traditam academiae eſſe diſciplinam, quod certe factum non eſſet, niſi illius temporis conſuetudo academias in corporum eccleſiaſticorum numero habuiſſet. Horum autem non eſt quod dicamus, quanta fuerit in iurisdictione poteſtas, cum hiſtoria eccleſiaſtica id ſingulis fere paginis teſtetur. Deinde (vt taceam, verbis etiam illius conſtitutionis: *omnibus poteſtatibus*, criminalem poteſtatem indicari) eo loco, qui de aliis academicis, quae ſint Pontificum priuilegiis inſtructae, loquitur, protinus fere ad criminalem poteſtatem auſpicandam ducimur. Nouimus enim, in caeteris pleriſque academiis epiſcopis competiiſſe criminum animaduerſionem, et ita, vt vnum tantum afferatur exemplum, paucis annis ante in ſtudio Pariſienſi (cuius antea diſertis verbis meminerat Papa) Gregorium XI. conſtituiſſe Pontificem Pariſienſem, qui de academicorum ſceleribus cognoſceret [d]). Praeterea autem, quo haud parum ſententiam noſtram ſuſtineri videas, habemus in ſtatutis academiae, quod, ſcriptum anno 1466, haec complectitur verba [e]): „de cauſis criminali„bus hoc conſtituere viſum eſt, vt deprehenſus in homici-

c) Verba eiusdem documenti: *Et inſuper dictum Epiſcopum Martiburgenſem, exiſtentem pro tempore, huiusmodi Studii Cancellarium, autoritate praefata conſtituimus, et etiam deputamus, volentes, quod omnibus Privilegiis, Poteſtatibus et Facultatibus vti, et illas exercere libere et licite valeat, pro bono et felici ſtatu dicti ſtudii et ſuorum membrorum, nec non legentium et ſtudentium in eodem oppido, in ſcientiis et facultatibus ipſis pro tempore, ac in illos, et in illa, quibus alii Cancellarii aliorum generalium Studiorum ex privilegiis Apoſtolicis gaudent, et quomodolibet potiuntur.*

d) Conring. *in Diſſ. acadd. Diſſ.* 5. In Op. T. V. pag. 463.

e) Videre iuuabit, quae monuit Vogel, *Leipz. Annal. pag.* 60. Schneider, *Leipz. Chron. pag.* 309, Heidenreich, *Leipz. Chron. pag.* 58 *et* 68. Roemer, *Staatsverf. v. Sachſ. T. II, pag.* 406. *cet.*

„dio ad Epiſcopum mittatur, carceris perpetui poenam ſubi„turus. In furto autem deprehenſus ab Vniuerſitate noſtra „excludatur. Si furtum tamen ſingulare et ingens fuerit, et„iam talis fur ad Epiſcopum mittatur. Idem erit iudicium „de ſimilibus aliis atrocioribus et atrociſſimis delictis.“ Vnde, niſi me omnia fallunt, in vtramque partem licebit conſequentiam ducere. Primum enim, quo hoc in loco vtimur, inde apparere videtur, aſſuefactos iam fuiſſe criminali in Epiſcopo iurisdictioni, qui ſummas eius ſpecies ei ſtipulari haudquaquam recuſauerint Lipſienſes. Deinde in alteram partem idem argumentum vertamus, dicamusque: *neceſſario illa iam aetate vſum iurisdictionis criminalis penes academiam fuiſſe debere*, cum in illa lege de eius ſpecie tantum dicatur, quae Epiſcopo ſit concedenda. Qua quidem argumentatione neſcio an iniuria hucusque vſi non ſint, qui de hac re ſcripſerunt, omnesque illico ad annos 1481, et 1519 rapiuntur, quibus ſcimus per Pontificum priuilegia cautum eſſe de propria academiae in criminibus iurisdictione.

Etenim indulſit, vt ad ſecundum iurisdictionis academicae gradum accedamus, Sixtus IV. anno 1481 eo vsque academiae, vt vel priuilegio caueret: *ne membra academiae Lipſicae ad extraneum traherentur Iudicem* [f]). Leo autem X anno 1519 ita declarauit illud Sixti priuilegium, *vt Academiae membra, quibuscunque in cauſis coram ſuo Rectore duntaxat conueniri poſſent ac deberent, nec coram quouis alio iudice, niſi in caſu denegatae iuſtitiae, in iuſtitia reſpondere tenerentur* [g]), immo, cum auocandorum

f) Vid. Franci *panegyr. ſaecul. Lpſ.* 1709 *pag.* 23 Wabst, *Iuſtizverſ. v. Sachſen pag.* 230.

g) Franc. *l. c.* Vogel. *l. c. pag.* 95. Heidenr. *pag.* 55 *et* 94.

academicorum poteſtas inde ab initio vnius tantum diei itinere (vna dieta) circumſcripta, inſequenti tempore ad duos dies extenſa fuiſſet [h]), tertium diem addidit, verbis: *vt quocumque ſuppoſitos Vniuerſitatis huius ex quibuscumque locis etiam vsque ad tres dietas incluſive trahere poſſent* [i]). Sed nec iſto tempore dormiuiſſe Epiſcopi iura, bene colligitur inde, quod inueniamus *in archiuo acad.*, 1489 concluſo nationali factum eſſe, vt exhibitio furis a ſenatu peteretur, mitteretur que ille ad Epiſcopum, anno autem 1491 e concl. Nation. exhibitum Epiſcopo eſſe, qui in tumultus ſuſpicione eſſet deprehenſus, (*ad melius examinandum per ſuos officiales*) anno 1514 vero, cum de academiae carcere exſtruendo ageretur, opus fuiſſe conſenſu epiſcopi Martisburgenſis [k]). Illam autem conuentionem de exhibendis ei grauioribus reis, neutiquam cum Epiſcopo ad tempus tantum initam eſſe, ſed inhaeſiſſe epiſcopis eadem iura, donec Epiſcopatus ad ſeculum redierit, inde demonſtrare licebit, quod academia, omni epiſcopatu iam exſtincto, ex eccleſiaſticae diſciplinae indole puniendos cenſuerit

*h*) Franc. l. cit.

*i*) Franc. l. cit. Vogel. l. cit. Friderici *oratio de academ. Lipſienſi, pag.* 32. aliique paſſim. Videtur etiam hoc privilegium non exulaſſe, etiamſi delinquens ad articulos inquiſitoriales in loco deprehenſionis aut delicti iam reſponderat. *Reſcr. El. d. d.* 29. *Dec.* 1651. C. A. T. I, pag. 931 verbis: „wiewohl Wir nun vermerken, daſs zwiſchen Unſrer Regierung und den Stadtgerichten daſelbſt, und dann der Univerſität Leipzig der Avocation halben Differenzien ſich ereignen und jene anziehen wollen, als hätte ſich der Thäter auf die Inquiſitional-Articul bey ihnen eingelaſſen, und alſo ihr Iudicium agnoſciret. Als mag doch ſolches der Univerſität an dero angezogenen zuſtehenden Freyheiten nicht wohl nachtheilig ſeyn, indem ſie ſich nicht allein des Thäters beſage der Acten alſobalden angenommen, und zu deſſen Abholung ihren Syndicum nacher Zeitz abgefertiget, ſondern auch der Thäter ſelbſt auf die Privilegia academica ſich berufen, und der Univerſität nichts praeiudiciren können.“

*k*) Vogel. *l. cit. pag* 85.

homicidas. Quod apparet ex Reſcripto Elect. d. an. 1649 [l]), quo Electorali auctoritate eius iuris vſus tollitur; ex Receſſu Conv. prov. de anno 1657, et ex Decreto Viſit. de anno 1658, §. 5. [m]) vbi, quod illo Reſcripto ſancitum eſſet, repetitur. Sed audire mihi videor, qui e nobis quaerant, quî fieri potuerit, vt, cum omnem academici imperii originem in epiſcopi privilegiis poſuerimus, erepta haec iura ſint tenacibus eccleſiae manibus academiaeque ipſi oblata? Sed haec facillime concilianda erunt, modo ne exeamus ab illa opinione, academiae curam iurisdictionisque priuilegium inde ab initio in perpetuum ad epiſcopos Martisburgenſes perueniſſe, ipſique beneficio fuiſſe annexum. Quae opinio haud ſcio an non magis ſit trita ac eſt incerta nulliſque argumentis munita. Ipſa enim Alexandri V. verba eidem aduerſantur, qui, cum de epiſcopi iudicio in iis qui gradus appetant loquitur, diſertis his vtitur verbis: „epiſcopo Martisburgenſi *exiſtenti pro tempore.*“ Deinde vero habemus etiam, quo vtamur, documentum a Thilone, epiſcopo illo Martisburgenſi, editum, in quo ſe ipſe vocat Cancellarium *pro tempore exiſtentem* [n]). Hanc vero mandandi rationem inauditam iſti

*l*) C. Aug. T. I, pag. 929 verbis: „derowegen können Wir nicht geſchehen laſſen, daſs es bey Entleibungsſachen in einige Conſideration gezogen werde, ſondern es will ſich allerdings geziemen, das vergoſſene unſchuldige Menſchenblut zu vidiciren, und Gottes gerechten Zorn — abzuwenden.“

*m*) Verbis: „dieweil Wir auch auf beſchehenes unterthänigſtes Anſuchen und Bitten Unſer getreuen Landſchaft bey jüngſtem Landtage das von der Univerſität Leipzig vermeintlich angeführte päbſtiſche und Gottes Wort zuwider laufende Privilegium (womit die muthwilligen Todtſchläger und andere Miſſethäter von der ordentl. Todes-Strafe befreyet ſeyn ſollen,) allbereit abgeſchaffet und caſſiret haben, ſo ſoll es dabey nochmals allenthalben verbleiben.“ Vid. *Thomaſii Hiſt. der Weish. und Thorh. pag.* 66.“

*n*) Hoc documentum, quod in codice mſpto, qui e bibliotheca B. I. P. a *Ludewig* ad manum eſt, reperimus, haec exhibet verba: *aut*

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-438366-p0012-0

tempori non fuiſſe, ex *Poſſevini bibl. ſel. l. I. c.* 8. colligere licet, qui refert, Martinum V., in Salmanticenſi Hiſpanorum academia ordinanda occupatum, conſtituiſſe, qui puniendi poteſtatem exerceret, *certum quendam* eccleſiae cathedralis ſcholaſticum, *qui nomine ſuo inſignitur, delata ei ampliſſima auctoritate, qua ſtudioſos ciuilibus et criminalibus poenis poſſet coërcere.* Quare mirum videri vix poteſt, Pontifices poſt Alexandrum, animaduertere ſibi forte viſos, fore, vt haud indigna Lipſienſis filia ſit, quae noua dote ornetur, ademiſſe vni, quod alteri adderent.

Sed quantacumque olim in hoc genere poteſtate gauiſa ſit academia noſtra, amiſit eminentia quaedam in auocando iura. Nam, cum ſupra dixerimus, ſublatum per reſcriptum Electorale eſſe iniuſtum illud in puniendis homicidis priuilegium, paucis annis poſt factum eſt, vt, miſſis ab Electore ducibusque, qui in praeſentem academiae ſtatum inquirerent, nihil inueniretur, quo academia tres illas dietas in auocando probaret, niſi hominum memoria fidesque, et verba priuilegii ipſa, paſſim vna eademque ad literam usque obuia. Ipſum priuilegii authenticum academiae ſcrinia exhibere non valebant. Quod cuius vel quorum cura incuriane, quo forte factum ſit caſu, neſciunt ſane, qui ſaeculo poſt viuunt [o]; ſciunt autem, innumeris illius temporis locis, quorum recenſionem pagina non exciperet, de priuilegio iſto non diſputari, ſed multa omnibusque eadem et de auctoribus eius, et de eiusdem natura referri. Quid? quod non ſine iure argu-

*etiam Dominum Epiſcopum Merſeburgenſem, Cancellarium pro tempore exiſtentem, per viam querelae adire praeſumat.*

o) Roemervs l. c. pag. 406 non ſine veritatis ſpecie ſuſpicatur, documentum hoc migraſſe Martisburgum, in archiuum Epiſcopale.

mentamur, Dresdae etiam obtinuiſſe perſuaſionem, reuera olim, etſi iam non inueniretur, tale priuilegium exſtitiſſe [p]). Enimuero factum quidem eſt, vt, inquirendi officio ad finem perducto, in *Decreto Viſitationis, de anno* 1658. *cap. diſciplina*, §. 6. [q]) academiae adimeretur vſus priuilegii, quod omnino inuentum non eſſet: ipſa tamen haec iſtius verba: „*wenn es gleich vorhanden*,“ ſatis ſuperque opinioni noſtrae fauere videntur.

Sed ex hac parte etſi academia ademta ſibi dolet iura ab antiquitate ei tributa, ſatis ampla nihilo minus noſtra quoque aetate ei ſupereſt criminalis poteſtas. Etenim iam illis temporibus, vbi eccleſiaſtica papalique auctoritate adhuc inniteretur academia, haberetque vigentem recentis gratique inſtituti tutelam, non poterant non ſuboriri ſimultates inter nouum et potens ſplendore ſuo tribunal, illudque, quod, cum vrbe ipſa natum, creuerat ac ſeſe panderat cum eadem, tenebaturque a ſenatu Lipſienſi. Sed longa inde originem duxit diſſenſionum ſeries. In qua vnam rem eandemque non pluribus tantum pactis repetitam, ſed Principis etiam auctoritate munitam videmus. Nam cum iam inde ab initio

*p*) Plura enim inuenimus Reſcripta, v. c. *de anno* 1590 in C. A. T, I, pag. 911, et *d. a.* 1651 l. c. pag. 932 quibus ipſum hoc oriuilegium iuſtinetur.

*q*) Verba ipſa § phi haec habes: „ſon ſten gönnen Wir Unſer Univerſität Leipzig Ihre habende Privilegia zwar gerne, ſind auch nach Befindung ſelbige zu konfirmiren gnädigſt gemeinet; Es haben ſich aber Unſere getreuen Landſtände zum öfftern beſchweret, daſs die Univerſität Leipzig alle Sachen in Criminalibus et Ciuilibus intra tres diaetas zu avociren, und allein in ihre Cognition zu ziehen befugt ſeyn wollen. Weil denn die Univerſität bey vorgeweſener Viſitation dergleichen Privilegium in Originali nicht vorlegen können, ſelbiges auch, *wenn es gleich vorhanden*, nur zu allerhand Untugend Urſache und Anlaſs giebet, und dem Fiſco Academiae ſchädlich iſt, als ſoll es hinführo gleichfalls ferner nicht beobachtet, ſondern ein jeder an dem Ort, da er verbricht, zu ſtehen und zu reden, Antwort zu geben ſchuldig ſeyn; auſser des Raths zu Leipzig Iurisdiction, da es denn etc. V. *Thomas. l. c. pag.* 66.

ſenatus non denegaſſet academiae exhibitionem civium illius, qui, in delictis non capitalibus in eius territorio eſſent deprehenſi [r]): enatum tamen eſt diſſidium in re capitali, quod occaſionem dedit Compactatis illis, quae vulgo antiquiſſima dicuntur [s]), factaque ſunt die Mart. poſt. Kil. anno 1466. His autem ita ſancitum eſt, vt, ſtudioſo in qualicumque delicto a ſenatu deprehenſo, ſi interdiu factum ſit, ſtatim, ſin noctu, cum prima luce nunciaretur Rectori, cui, Famulum academicum mittenti, exhibendus illico eſſet reus, praeſtita tamen, vbi ea opus eſſet, ſolita cautione [t]). Sed mox noua

*r*) Quod iure noſtro colligimus ex verbis antiquiſſimi, quod de ea re ad nos pervenit, pacti de anno 1466: (cuius confeſtim vberior mentio erit facienda) „wollen Wir einen jeglichen Studenten antworten, doch mit Verſicherung, die der Begriffne thun ſoll, als vor Alters gehalten iſt.“ Cautionem enim in delictis non capitalibus tantum admitti, non eſt quod dicamus, cum per ſe intelligatur. Praeterea autem intelligitur ex loco Compp. d. a. 1605, quem de cautione praecipientem infra adhibebimus, atque colligitur ex ipſa Compp. de a. 1466 occaſione, quae in primo hoc documento poſita eſſe dicitur in diſſenſione ſuper rebus capitalibus, verbis: „um die Gerichte in groſsen peinlichen Sachen, die Leib und Leben belangen.“

*ſ*) Nam ne quid diſſimulemus, inueniſſe nobis videmur in Compp. d. a. 1605, (locum ipſum mox cum lectoribus communicabimus) quae eo ducant, vt iure opinemur, prima Compactata eſſe anni 1446. Neque tamen academiae archivum, quibus firmetur haec opinio, continere videtur.

*t*) De cautione vid. ſupra not. *r*) Verba autem ipſa Compactatorum ſunt haec: „nachdem zwiſchen der Erbarn Univerſität der Hoenſchule zu Liptzk an eynem, und dem Rathe und der Stadt daſelbſt am andern theyle lange Zeit zweytrachte und Gebrechen geweſt ſind, umb die Gerichte obir die Studenten in groſsen peinlichen Sachen, die Lieb und Leben belangen, Alſo haben ſich beyde teyl, nach vlieſsiger Begehrunge Unſer gnedigen Herren von Sachſsen nach mannichfaldigen guthl. Handel deſſelben gehabt, mit einander unterret, geeynet, und Vortragen, daſs in zukunfftigen Tagen unobirgriffen gehalten ſoll werden, alſo hienach folget; Sintemahl die Univerſität Statut hat gemacht, daſs ere glidmaſs, die inn peynl. Sachen begriffen und irfunden worden, ungeſtrafft nicht ſollen bleiben; Sollen und wollen Wir Bürgermeiſter Rath und Stadt obingenannt eyn iglichen Studenten, wellichs weſens und ſtandes ehr ſey, von ſtünt am Tage, und in der nacht zu hant frye, wo ehr von Uns oder den Unſern begriffen wird,

pacti huius confirmatio neceſſe erat. Nam anno 1567. per Electoris ipſius praeſentiam factum erat, vt ſtudioſus quidam, cui *Goldſteinio* nomen, ob cruentum caedis conſilium a ſenatu prehenſus, coram eodem et damnaretur et eiusdem auctoritate gladii poenam ſubiret [u]). Quo in caſu cum academia ſine dubio ipſi Principi dubitauiſſet refragari, tamen paullo poſt idem Elector iuſſit ſenatum exarare documentum, quo academiae iura ſingulari huius litis iudicio illaeſa declararentur [v]). Quod, niſi ab Electore praeceptum eſſet, ſe ſponte facturum fuiſſe, ſenatus in hoc ipſo documento teſtatur. Sed

in groſsen oder clenen Sachen, das Wir dan in ſulcher Zeyt, dem Rector der zu der Zeyt wird ſeyn, Vorkundige, und von ſtünt ſso ehr den Famulum Uninerſitatis dornoch ſchigket, om, ane alle wiederrede denſelbigen antworten, Doch mit Verſicherung die der begriffen thun ſoll, als vor alders gehalten iſt, Und ſo kan der Rector adder die Univerſitaet eynen ſolchen vbirtreter, wollen Unſern gnedigen, Herrn von Merſeburgk nach yhrem gemachten ſtatuten vſswiſſunge, antworten, Soll der Rector den Bürgemeiſter und Rath offt gemeldten ſollichs laſſen wiſſen; Und alſo dann eyn ſtudent zvantwürt wirt oder ſoll werden, Sullen der Bürgemeiſter Rath und Stadt vor keynem Gericht eyn ſollichem fordt anlangen, alle goferde und und Liſt, in allen Vorgeſchrieben punctin gantz vſsgeſchloſsen u. ſ. w." Caeterum ex omni Compp. genere ſola haec compactata typis huiusque mandata ſunt a *Thomſio Ann. ad Oſſe Teſt pag.* 4.

*u*) Rei hiſtoriam praebet Vogel l. c. *pag.* 218 *ſq.* Heidenr. l. c. pag. 159 ſq aliique.

*v*) En tibi ipſum documentum: „Wir Bürgermeiſter vnd Rhat der Stadt Leipzigk, bekennen, hiermit, Nachdem George Goldtſtein, ein geweſener Student Georgen Goldtſteins ſehligen Sohn, neben vnd mit Zacharia Strademan auch einen Bürgersſohne, vnd Mathuſalem Töpfern von der Naumburgck pſo beide von Wittenbergk anhero kommen, am Mittwoch in dem Oſtermarkt eine vnerhörte that an Caſpar Pfreunden Apotheckern zu Wittenbergck inn der Stadt alhier begangen inndeme, das ſie Ihnen inn erdichten nahmen vnd falſchen ſchein inn gedachtes Goldtſteins ſehligen Haus inn der Nickelſtraſs erfordert, aldar mörderlichen angegriffen, gebunden, Das Geld, ſo er domals bey ſich gehabt, ſambt ezlichen guldenen ringen genommen, inn den Keller geführet, eine Nacht darinnen enthalten, und dahin getrungen, das er eine vorſchreibung vber eine namhaffte Summa geldes, alſs 3000 fl. Die er ihnen erle-

neque nunc omnem diſſenſum tacuiſſe intelligimus e Compactatis factis anno 1580. d. 17. Ian. Etenim cum procul dubio mala lictorum, quos vocant, aliorumque ſenatus miniſtrorum ſedulitate x) haud parum academiae iurisdictio iterum eſſet turbata, denuo ſtabilienda iudicauit academia,

gen ſolt, er von ſich geben muſsen, auch ihne lezlich zu ſeiner erledigung mit einem hartten Eyde beleget, So iſt ſolche vbelthat enttlich ruchtbar worden, Derowegen wir den Thäter nachtrachten, vnd allein gedachten George Goldtſtein erlangt vnd einziehen laſsen.

Wiewol nun derſelbe den Herrn der Univerſität, vermöge ihrer Privilegien vnd der compactaten, inn ihr verwahrnüſs gevolget werden ſollen, Weil ſich aber zugetragen, das der Churf. Zu Sachſen, Vnſer gnädigſter Herr, gleich dieſe Zeit anhero kommen vnd Ihr Churf. G. obgemeltter böſer That unterthenigſt berichtet worden, hatt Ihre Churf. G. vns ernſtlichen befohlen, vngeacht D. Priuilegien vnd compactaten, Davon S. Churf. G. Durch die Herren der Univerſitet vnd vns, vnterthenigſt erinnert, wieder den Gefangenen uff ſein richtig Bekenntniſs mit rechtfertigung vnd ſtrafe zuuerfahren, Darauf auf volgenden Sonnabendt mehrgedachter Georg Goldtſtein, auf vorgehendt erkenntniſs, vnd gerichtlichen Proceſs in Unſern gerichten, mit dem ſchwert von leben zum Tode gerichtet worden. Vndt nach dem *Alexander Aleſius Studioſus* Dieſer miſshandlung auch im Verdacht kommen, derowegen er auch von Rhatswegen eingezögen, und auf hochgedachts Churf. V. G. H. beuhrlich, eine Zeitlangk gefänglich enthalten, aber doch den Herrn D. Univerſitet wiederumb gevolget worden, vnd aber ſeine Churf. G. vns auferlegt, der Univerſitet derentwegen, vnd das ſolche des Goldtſteins rechtfertigung vnd beide ſeine vnd des *Aleſy* gefängliche enthaltung ihren Priuilegien Freyheiten, Gerechtigkeiten, vnd compactaten ohne abbruch ſein ſoll, Neuers zugeben Innmaſsen Wir auch ohne das auf ihr anſuchen ſolches zuthun geneigt geweſen, Demnach reverſiren Wir Vns hiermit vor Vns vnd Vnſere nachkommende gegen der Univerſitet allhier dergeſtallt, das ſolche des Goldtſteins rechtfertigung, vnd beide ſeine vnd des *Aleſy* gefengckliche enthaltung Ihr der Univerſitet an ihren habenden privilegien, Freyheiten, Gerechtigkeiten, vnd Compactaten, ohne abbruch vnd nachtheil ſein ſoll, Vndt das Wir Uns darwieder mit iezo angezogenen Exempeln Zu einiger einführung künftigck nicht behelffen ſollen noch wollen, Alles treulich vnd ohne gefehrde. Zu Vrkunde mit Unſern Stadt - Seeret beſiegelt.

Geſchehen Freytags nach Cantate Den 20. des Monats May, Im Tauſent fünfhundert ſieben vnd ſechzigſten Jhar."

x) Quod colligere licet ex his documenti, quod infra innenietur, verbis: „durch die Wache" et „auch durch den Markmeiſtern u. ſ. w."

quae iam antea ipſi erant promiſſa. (Proximam fortaſſis occaſionem praebuit ſupplicium vltimo anno praecedente ſumtum de ſtudioſo quodam Ienenſi. Vid. Heydenr. *Leipz. Chronik, pag.* 173. Cuius tamen rei iudicium nihil impedit quominus dicamus ad ſenatum pertinuiſſe.) [y]) Petitis igitur ab Electore commiſſariis, rebusque per hos diligenter perpenſis, eo peruentum eſt, vt inter alia capita de exhibendis quoque academicis repeteretur, muniretur que Electorali auctoritate, quod iam anno 1466 ſcriptum legimus, adderetur tamen hoc, vt ſenatus videret, ne committeretur per inferioris generis miniſtros, vt academiae iurisdictio iniuſta prehenſione turbaretur [z]). Nihilo tamen minus noua iterum Comp. d. d. 5. Febr. 1605, eaque coram Commiſſariis inita, inuenimus. Quibus tollitur, repetitis diligenter, quae bis iam legimus, dubitatio ſuper illa cautione, de qua pag. 11 nobis

*y*) Quod diſerte declaratum legimus in Comp. d. a. 1721 § 5.

z) His vſi ſunt verbis: „Es ſoll und will auch ein Erbar Rath Ihrer Gerichte und Iurisdiction wieder obernennte der Univerſität Perſohnen nicht müſsbrauchen, noch die Studenten, oder andere der Univerſität Vorwandte durch die Wache ahn ihren Leibe noch Leben nicht beſchädigen, noch in unleidtl. oder ſchwere Verwahrung ſetzen laſſen; Sondern es ſollen und wollen Bürgermeiſtere, Rath, und Stadt Leipzigk einen ieglich Studenten, welches Weſens und Standtes der ſey, von Stundt am Tage, und in der Nacht zu handt frühe, wo er von ihnen oder den ihren begriffen wirdt, in groſs oder kleinen Sachen, alsdenn in ſolcher Zeith dem Rectori, der zu der Zeit ſeyn wird, erkundigen, und von Stundt, ſo er den Famulum Univerſitatis darnach ſchicket, ohne alle Wiederrede denſelben andtwortten, und er hierinne vormöge der Compactaten Anno etc. im vierzehen hundert und ſechs und ſechzigſten zwiſchen beyden Theilen auffgerichtet, gehalten, auch durch den Rath den Markmeiſtern und Wächtern ernſtl. und bey harter unnachläſslicher Strafe unterſagt werden, ſich hierüber aller ohnordentlicher Gewalt gegen der Univerſität Perſohnen gäntzl. zu enthalten, Immaſsen denn auch dieſelbigen ſich herwiederumb ſtille, friedl. und gebührlich erzeigen, oder von dem Herrn Rectore ernſtl. geſtraffet werden ſollen.

ſermo fuit. Nam cum primum eſſet de delictis grauioribus cautum, vt in his Rector academiae non, cui delinquens traderetur, famulum tantummodo academicum mitteret, ſed a praefectura arceſſendos curaret, qui illum e ſenatus cuſtodia exciperent: ſtabilitus in delictis leuioribus eſt cautionis illius vſus, ita, vt in cautione per iuramentum, aut per fideiuſſores academicos praeſtanda Rectoris, in illa autem, quae per ciues Lipſienſes aut res immobiles offerretur, Conſulis intercederet auctoritas, omnis autem cautio poſt exhibitionem demum exigenda, reus vero ſine cautione dimittendus non eſſet [aa]). Sed paucis decenniis poſt cum anno 1648,

*aa*) Habes haec inſtrumenti verba: „Wann ein Student oder Univerſitaets Verwandter, in der Stadt, und in den Vorſtädten, es ſey gleich in groſſen oder kleinen Sachen, dermaſsen Verbrochen, daſs ihn gefangen zu nehmen, die Nothdurfft erfordern würde; Daſs alsdenn der Rath in crafft des in Anno 1446 auffgerichtete und in Anno 1580 in dieſen Puncten wiederumb erneuerten Vortrag den Angriff zu thun befugt ſeyn (doch daſs er durch die Gerichts Diener an ſeinen Leib und Leben nicht beſchädiget, noch in unleidtl. oder ſchwehre Verwahrung geſetzt werde) Und da der Verbrecher am Tage begriffen, ſolcher alsbaldten, und Von ſtundt an, im fall er aber bey Nacht eingezogen worden, morgens früh dem Rectori uff Zuvor beſchehene Anzeig und Verkündigung ausgeantworthet werden ſollte;

Nachdem aber weylandt Hertzog Friedtrichen zu Sachſen im Anno 1452 gegebener Fürſtl. entſchiedt Vermag, daſs der Rector den oder die, ſo ihme alſo eingeantwortet worden, mit gelüben, eyden, oder genunghafftigen Bürgen Vorſtricken ſolle; Welches von beyden theilen etwas ungleich verſtandten werdten wollen. Wie, und an was orth, Vor oder nach der Ausantwortung ſolche Caution und Vorſtandt ſo der begriffene zu erſtatten ſchuldigk, geleiſtet. werden ſollen, Izt noch beyder theile angehörten Gründten, und Urſachen mit ihren guthen Wiſsen und Willen hierinnen dieſe erleuterung geſchehen, denen auch künfftigl. von beyden theilen, gelebt und nachgeſetzt werden ſolle;

Wann ſich in peinl. Sachen ein ſolcher beſchwerl. fall zutragen und begeben ſollte, welches ein Leib und Lebenſtraffe uff ſich hätten, Alſo, daſs man ſich bey den begriffenen ausreiſens zu befahren, der Urſachen auch dem Famulo Vniuerſitatis einig und allein, nicht zu vertrauen, denſelben Vor den Rectorem zu führen, Solle der Rath dem Rectori ſolches Verkündigen, Welcher alsdenn den Ambtſchöſser erſu-

exorta inter duos academicos, *Wernekium* atque *Kronbergerum*, rixa, quae in pugnam abierat, Kronbergerus, Wernekio interfecto, in fugam ſeſe dediſſet, ſenatus de hoc loco compactata nihil praecipere prae ſe ferens, in delinquentem publice citatum omnia, quae capitale ſupplicium comitare ſolent, ſollemnia inſtituerat, abſentemque Kronbergerum damnaverat. Quod academia aequo animo ferendum non rata, per querelam, Dresdae de his iniuriis motam, cauſſam dedit reſcriptis ad Conſiſtorium Sup. Dresdenſe et ad ſenatum Lipſienſem emiſſis, quibus, quidquid a ſenatu in hac re actum fuerit, actus turbatiui voce notatur, atque reſcinditur, vtrumque vero corpus, et academia et ſenatus Lipſienſis, ab omni eiusmodi laeſione inuicem abſtinere iubentur [bb]).

Ne vero tantum de academiae membris in ſenatus territorio delinquentibus locuti dicamur, ac expoſuiſſe ſolum de iuribus academiae, neglectis, quae eiusdem inuenirentur, obligationibus: adiiciantur nunc, quae per eadem Compactata de ciuibus in academiae finibus prehendendis exhibendisque ſta-

zhen ſolle, dieſen gefangenen, wenn er ihme durch den Rath an gebührendten orthe geliefert wirdt, in guthe Verwahrung, da man ſeiner geſichert, zu nehmen, da alsdenn weiter anordtnung geſchehen ſolle, was ferner mit ſolchen gefangenen vorzunehmen;

In allen andern Sachen aber die keine ſolche Leibes und Lebensſtraffe uff ſich haben. Sollen Rector und der Bürge Meiſter ſich der Caution vergleichen, und da kein andrer als Iuratoria oder aber mit Bürgen, welche gemeiner Vniverſitaet unterworffen, beſchehen könte, So ſolle dieſelbe Vor dem Rectore ohne mittel alsbaldte aufgerichtet werden;

Im fall aber der Vorſtandt mit Bürgen aus der Bürgerſchafft oder liegendten güthern erſtattet werden müſse, So ſoll derſelbe in Beyſeyn der Zeugen, welche der Rector dazu Verordnen wirdt, Vor den Bürge Meiſter gefertiget werden, Mit dem ausdrückl. Bedinge, daſs dieſe Caution nach der ausantworthung erfolge, der begriffene ſich Vor dem Rectore gewiſsl. einſtelle, und ohne Caution nicht loſsgeſsen werde."

*bb*) Ambo haec documenta hic reddidiſſem, niſi integra inuenirentur in C. A. T. I, pag. 927 ſq.

tuta videmus. Habemus autem quae prae caeteris in hoc genere ſequamur Compactata recentiſſima d. d. 30. Iun. 1721. et inprimis confirmationem eorum d. d. 22. Aug. eiusd. ann. ad art. IV, rei iudicatae innixam. Vbi legimus, omnes omnino, qui academiae non ſubiecti [cc]), habitent aut commorentur in academiae collegiis vel aedibus [dd]) (ſi diſceſſeris ab illis aedibus, quae, in platea Grimmenſi ſitae, nomine *des Fürſtenhauſes* inſigniuntur) ſi ibidem deliquerint, etiamſi per Rectorem prehenſi, ſenatui, aut qui ab eo miſſi fuerint, eſſe reſtituendos [ee]). Sin vero harum aedium quaedam aut loca-

*cc*) Caeterum per eadem Comp., in primis per Conſ. eorum, qui academiae accenſendi ſint definitum.

*dd*) Cum autem dubia inde ab initio viſa eſſet iurisdictio aedium illarum, quae Beginenhaus vocantur, ſuntque prope Paulinum ſitae; ita conueniſſe legimus in Comp. anni 1546, vt in iis omni ciuium aliorumque prehenſioni renunciaret ſenatus, Rector tamen promitteret, ſe non paſſurum', vt inde fugientes Collegium nanciscantur, academicorum autem prehenſionem in iis penes Rectorem eſſe deberet. Quod diſcimus ex hoc Campactatorem loco: „Wann ſich in dem Beginen oder Beckerhewſslein, künfftiger Zeit ſolle zutrügen, von Bürgern oder andern perſohnen, die als Studentes der Univerſitet Vorwant, und keyn bürger iſt, daſselbige hawſs darinne die That begangen, oder der theter dareyn geflohen; Ader in waſerley maſsen ſich darin enthilte, ader bewegte; So hat der Rath aus freundtl. Willen zugeſagt; das ſie desfalls durch yhre Diener ins Hauſs nit wollen lauſſen, Sünder es dem Herrn Rectori anſagen laſsen, der ſoll zu ſtundt unwegerlich vorſchaffen, das der Thäter im Hawſse nicht gedult noch gelieden, Sündern daraus auff die Gaſse und nicht in das Collegium gejagt und getrieben werde, Und darinne dem, thet er in keinerley weiſe, zu ſeynr flucht, forderung ader Vorſchube thuen, ader thuen laſsen, Were aber der theter ein Student, So magk ihn der Rector durch die ſeinem, im Hawſse laſsen angreiffen, und in yhr der Univerſitaet Geſengknüſs verwaren. Dazu auch der Radt auff des Herrn Rectors anſuchen, im fall der nothdurfft die Knechte leihen will;“

*ee*) Legimus autem haec in confirm. art. IV verba: „Nachdem auch die auf denen Collegiis und dazu gehörigen Häuſsern wohnende und anzutreffende Bürger, Schutz - Verwandten, Einwohner und forenſes ſo wohl in civil- als criminal - Sachen dem Rathe und deſsen Gerichten allein untergeben und zuſtändig ſind; Alſo verbleibet ſelbigen auch die Cognition und Beſtraffung derer, von gedachten Perſonen in de

tae ſint extraneis aliaue lege conceſſae, deliquerintque in his, qui academici non ſint, ſtipulatus ſibi eſt ſenatus per Comp. anni 1546 facultatem, inconſulto etiam Rectore hos deprehendendi [ff]). Praeuenienti autem in prehendendo Rectori hanc poteſtatem denegari non poſſe, etſi exhibendi obligationem non negamus, tamen iure noſtro argumentari nobis videmur ex his Comp. ann. 1721. verbis: *wenn ſie auch etc.* ſupra adhibitis.

Iam vero accedendum eſt ad academiam Vitebergenſem. Cuius iurisdictionem cum vniuerſe conſtet minus amplam eſſe ac Lipſienſem, tamen in iudicanda eius natura haud pauca commiſſa eſſe videmus ab his, qui hucusque de eius iurisdictione ſcripſerunt [gg]). In quibus eminent *Wabſt*, l. c. p. 231. et *Roemer*, l. c. p. 407 ſq. Nam aliorum, *Sennerti, in Athen. Viteberg.* (*Viteb.* 1655) *pag.* 26 *etc.* ac *Suevi, in Äcad. Viteb.* (*Ibid. eod. ann.*) vix mentionem puto eſſe faciendam. Qui cum in eo conueniant, academiae iurisd. cri-

nen Collegiis und darzu gehörigen Häuſsern ſelbſt verübten delictorum allein, und will die Univerſitaet dererſelben, wenn ſie auch von ihnen apprehendiret worden, ſich nicht anmaſsen, ſondern dem Rathe oder deſsen Gerichten jedesmahl unweigerlich abfolgen laſsen. Wie denn auch dieſelbe dem Rathe die fructus Iurisdictionis, als Geld- und andere Straffen, Erbſchafft, Gerade, Heer-Geräthe und andere zugeſtanden und eingeräumet, ſich aber dabey allein die Cognition und Beſtraffung in Sachen, ſo die in denen Collegiis eingeführte diſciplin betreffen, vorbehalten. Im übrigen hat es wegen des in der Grimmiſchen Gaſse gelegenen ſogenanuten Fürſten Hauſses, als welches unter dieſen Vergleich nicht begriffen, bey denen diesfalls vorhandenen Decret und Receſſen ſein Bewenden.

*ff*) Verba Comp. ipſa: „Wenn aber die Vniverſitaet derer Hewſer eyns, ader mehr, frembden, die der Univerſitaet als Studentes nicht zugethan, die ſeynt wes ſtandtes ſie wollen, vormiethen, ader ſunſt eyn thuen würden, So magk der Rath unerſucht des Herrn Rectors die Vorbrechere aus den Hewſern nehmen laſsen.

*gg*) Quae quidem ſors non minus ac illis, mihi quoque cecidiſſet, niſi per *inſignem quandam Virorum illius acad. Ampliſſimorum liberalitatem*, documentis authenticis eſſem inſtructus.

minalem non competere, ſed reumexhibendum eſſe praefecturae, non inquiſiuiſſe videntur in rei originem atque naturam, quippe qui, qua lege quoue priuilegio hac auocandi poteſtate polleat praefectura, non addunt, etſi ipſa hiſtoria academica eo ducere videtur, vt, quae caeteris conceſſa eſſet, eam nec Vitebergenſi denegatam fuiſſe indicemus in criminibus poteſtatem. Qua vero argumentatione qui vtantur neutiquam falli, teſtatur academiae fundatio per Maximilianum I. d. d. 6. Iul. 1502, vbi inſignia haec leguntur verba: *Dantes et concedentes auctoritate noſtra regia Rectoribus ſic per eos eligendis et creandis facultatem et iurisdictionem in ſcholaſticos, nec non citandi, audiendi, iudicandi,* exequendi, puniendi, *et* omnes *alios actus Iudicis ordinarii exercendi, et ius reddendi, eximentes nihilominus Doctores et Scholares Vniuerſitatis praenominatae a iurisdictione et ſuperioritate cuiuscumque alterius praeterquam a noſtra et praefati Ducis ac Succeſſorum ſuorum.*

Quid? quod hanc poteſtatem egregie confirmatam deprehendimus *in Statutis acad. cap. 15 de foro competente*, quae auſpiciis Frid. III. facta ſcimus. In his enim auguſta haec inſunt verba: *eorum etiam Imperium ad inſtar dictaturae in Gymnaſio noſtro volumus eſſe ſummum et ampliſſimum, et vt ita loquamur,* merum et mixtum, *ac ſi ipſi adeſſemus praeſentes,* etc.

Atque hercle neſcio an numquam potentiori priuilegio ornari potuerit vlla Germaniae academia. Sed quae hucusque et Imperatorum liberalitas et Electorum congeſſerat beneficia in creſcentem in dies academiam Vitebergenſem, ea inde a Mauritii tempore imminuta ereptaque conſpiciuntur. Hic enim, cum d. 7. Ian. 1748 nouam academiae fundatio-

nem praeberet, hunc eidem locum inſerendum curauit: *daſs über die Glieder der Univerſitaet in allen Fällen, die* nicht peinlich ſeyn *oder peinlich* könnten *geſtraft werden, Niemand ſoll zu richten haben, denn der Rector und die Univerſitaet.* Quam ſanctionem paſſim inde repetitam inuenimus, praeſentim autem in Fund. Duc. Auguſti d. 23. Oct. 1555 his verbis: *daſs über die Glieder der Univerſitaet in allen Fällen, die* nicht peinlich ſeyn *oder peinlich* könnten *geſtraft werden, Niemand ſoll zu richten haben, denn der Rector und die Univerſitaet*, deinde vero in Confirm. Elect. Aug. d. 3. Apr. 1569, in qua haec leguntur, *daſs der Rector und die Univerſitaet allein die Jurisdiction und was derſelben zugehörig über die Profeſſorn, Studenten, und andern ihnen ohne alle Mittel zugethanen Perſonen in allen Fällen, ſo* nicht pein-lich *ſind, oder peinlich* könnten *geſtraft werden, haben ſoll, die peinlichen Fälle aber Wir Uns* fürbehalten.

In ſingulis autem his documentis conſpicua phraſis: *oder peinlich könnten geſtraft werden.* Cuius interpretatio quo ducat, facile intelliget, qui eam comparauerit cum illa, quae in recentiſſimo horum documentorum inuenitur: *die peinlichen Fälle aber Wir Uns fürbehalten.* Etenim inde ex eo tempore, vbi primum criminum animaduerſione priuaretur academia, eam viam ingreſſi videntur Electores, vt praeterquam quod ipſam in crimina animaduerſionem academiae vetuerant, vberius iudicium quoque de incerta cauſſarum ſingularum natura, (eſſentne criminales an ciuiles) ad ſe vocarent [hh]), implicite primum, deinde vero verbis expreſ-

*hh*) Nam ſummarium rei examen ex iſtarum legum mente penes academiam fuiſſe, intelligimus ex verbis Receſſ., quem intra adhibebimus, *dem Herkommen nach.*

ſis. Hanc vero poteſtatem cum procul dubio mandaſſent plerumque praefecto [ii]), hic haud raro auſus erat ſuperſedere ſingulis mandatis, ac propria auctoritate potentiam quandam in cauſſis academiae criminalibus exercere. Inde litem inter academiam praefecturamque exortam deprehendimus anno 1614. Quae occaſionem dedit primum Reſcripto illi d. d. 2. Fbr. 1614 exhibitum a *Suevo*, *l. c. ad hunc ann.* [kk]), quo praefecturae imponitur officium, commodandi academiae *imploranti*, qui in criminali iurisdictione eam adiuuent, deinde autem paucos poſt dies, vtpote 4. Febr. eiusd. anni, Receſſui illi, quo ſummariam criminum cognitionem confirmatam videmus academiae, cui praefectus, vbi imploratus ab ea ſit, in detinendo ſuccurrere, illico vero Dresdam de cauſſae natura referre, ac ſingula in ſingulis cauſſis mandata debeat exſpectare. Quod clarius apparebit ex ipſis his Receſſus verbis: *Bey der Jurisdiction über die Studioſos ſoll die Univerſität, Inhalts habender Privilegien und Fundation gebührlich geſchützet, Unſerm Amte auch ohne ſonderbaren Befehl hinführo nichts fürzunehmen geſtattet, ſondern dem Herkommen nach die* ſummaria cognitio, *ob eine Sache peinlich, der Univerſitaet gelaſſen, und auf derſelben Erſuchen, Unſer Schöſſer die Gefangenen anzunehmen, auch Uns* ſobald *derentwegen zu fernerer Verordnung gründlichen* Bericht *zu thun ſchnldig ſeyn, ſonſten werden der Univerſitaet Ver-*

*ii*) Quod non generali quodem mandato factum eſſe, etiam inde probare licebit, quod anno 1607 inueniamus ſicarium quendam in arce incluſum fuiſſe. *Suev. l. c. ad h. ann.*

*kk*) „Die Iurisdiction über die Studioſos ſoll die Univerſität alleine haben, woferne ſie nicht in peinlichen Sachen den Amtſchöſſern *imploriren*, ſonſten ſollen auch die Zeugen in der Akademie abgehöret werden. *Item*, der Schöſser ſoll auff Erforderung in allen Fällen der Univerſität die Amtsgerichte *leihen*.“

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-438366-p0025-2

*wandte in Zeugniſs-Sachen, auf Anſuchen Unſers Amts, billig von ihnen abgehöret etc.*

Intelligimus autem ea his omnibus, praefectum non niſi requiſitum, nullo autem pacto vi perpetuae cuiusdam commiſſionis, in academicorum delicta inquirere poſſe. Quod niſi iam ſatis ex his, quae ſingula modo recenſuimus, appareret, confirmatum legeretur per Decretum Electorale d. d. 17. Iul. 1678, quod academico tribunali iniungit, vt ſummariam rei cognitionem inſtituat, *ea vero ſinita, ſententiam* acceſſat, praefecti vero ante hanc ſententiam ne verbo quidem meminit. Verba enim ipſa decreti haec inuenimus: *ſo ſoll die Univerſitaet, dem Herkommen nach, mit der ſummariſchen Inquiſition ſchleunigſt verfahren, rechtlich Erkenntniſs einholen, auf deſſen Erfolg ſich alſo bezeigen, wie es das alsdenn eingelangte Urthel und der diesfalls im Jahre 1614. aufgerichtete Receſs und bisherige Obſervanz mit ſich bringet.*

Veniamus iam ad illam exhibendi ſpeciem, quae in foro militum priuilegiato cernitur. Quo in capite haud ſcio an iure noſtro bipartito diſputandi genere ſimus vſuri, prout aut *ad* forum militare, aut *a* foro militari exhibitionem fieri viderimus. Subnectemus autem omnem tractationem nouiſſimae legi militari, *dem Kriegsgerichtsregl. d. d. 23. Ian.* 1789. haud tamen plane neglecta antiquiorum legum diſciplina. Vniuerſe autem hoc monere licebit, nos de iis tantum capitibus eſſe diſputaturos, quae tangunt ſummum illud in omni exhibendo fundamentum, vt prehendendi poteſtas ac iudicandi ſit penes diuerſas perſonas.

Vt vero ad rem ipſam accedamus, videamus primum quando ad forum militare exhibitio fieri debeat. Qua in re recurrendum maxime erit ad generalem illam legem, vt in

grauioribus delictis iudex in loco delicti deprehendere, indicare autem proprium tantum rei tribunal poſſit [ll]). In hac enim lege vnica ineſt conditio, ſub qua capere poſſit iudex ciuilis eos, qui perſonali foro militari gaudeant, cum fori priuilegiati perſonalis ea ſit natura, vt vbique et in omni cauſſa ad illud debeamus vocari [mm]). Quamobrem ne de iis quidem ducibus ſuperioribus agendum nobis erit, qui, cum ciuili etiam munere ſint ornati, ad ciuilem ſtatum militaremque ſimul pertinent, duplicique igitur foro vtuntur [nn]). Etenim in hoc etiam loco prehendentem iudicantemque vnam eandemque inuenimus perſonam, cum leges noſtrae [oo]) callide ita in his perſonis diſtinguant, vt in communi crimine ciuilis, in militari autem delicto militaris iudex habeat cognitionem.

*ll*) Super iis, qui de fuga ſuſpecti ſunt, diſponit Pat. d. d. 20. Febr. 1719.

*mm*) Caeterum nos non fugit, diſcedere nos in hac argumenti tractatione ab aliis, qui, cum de delinquentium exhibitione ſcribere vellent, de iurisdictione ſcripſerunt. Sed ſcientes hoc committemus, vt nihil vniuerſe de his perſonis, quae foro militari perſonali vtuntur, foroque earum competente dicamus, cum quae dicenda eſſent pertinere quidem intelligerentur ad militarem iurisdictionem, non vero ad doctrinam de exhibitione, cuius fundamentum conſulto ſupra in eo poſuimus, vt penes alium prehendendi eſſet poteſtas ac iudicandi. Quae vero ſint iſtae perſonae, quae foro militari perſonali fruantur, diſcimus per K. G. R. II § 2 ſqq.

*nn*) K. G. R. II, § 9. „Ueber Officiers, ſo nebſt ihren wirklichen Kriegs-Dienſten zu gleicher Zeit wirkliche Civil-Aemter bekleiden, ſoll Unſere Landes-Regierung mit denen Kriegs-Gerichten in perſönlichen Sachen iurisdictionem concurrentem haben, dergeſtalt, daſs es der Kläger Willkühr, welches forum ſie wählen wollen, zu überlaſsen, mithin hierinne, ſo wie auch wegen nur gedachter Officiers-Weiber Kinder und Dienſtbothen, praeuentio Fori ſtatt finden ſoll.“

*oo*) K. G. R. VII, § 3. „Diejenigen Militair-Perſonen, welche wegen der ihnen zugleich mit übertragenen Civil-Aemter jxt. § 9 des zweyten Abſchnitts in bürgerlichen perſönlichen Sachen ein doppeltes Forum haben, behalten ſolches auch wegen der zu Schulden gebrachten gemeinen Mishandlungen; Dahingegen ſelbige wegen der Militair-Verbrechen lediglich bey den Kriegs-Gerichten zur Unterſuchung und Beſtrafung gezogen werden ſollen.“

Nec magis huc pertinebunt, qui in armamentario ſunt occupati, aut qui omnino accenſentur quidem exercitui, milites tamen non ſunt. Nam etiam de his ſimilem inuenimus ſanctionem, nimirum, vt in delictis in officio commiſſis ad militare, in caeteris vero ad ciuile iudicium ſint vocandi [pp]. Vt vero de poteſtate eius, qui militem in delicto deprehendit, dicatur, ſequi iubemur (K. G. R. VII. §. 10.) Mandatum d. d. 28. Dec. 1737. et Ordinat. militarem d. d. 1. Nov. 1752. §. 3. In quarum legum prima inuenimus conceſſum iudici deprehendenti ſummarium deprehenſi examen [qq]), in altera vero conſtitutione non repetitam tantum

*pp*) K. G. R. II, § 2, no. 8. „Die zum Zeughauſs gehörige wirkliche Handwerker, nebſt ihren Expectanten und Scholaren u. ſ. w. jedoch nur in Sachen, die ihre Dienſtleiſtung angehen, oder in Verbrechen, ſo im Dienſt begangen worden. In allen andern perſönlichen und von der bürgerlichen Nahrung herrührenden Sachen bleiben ſolche Perſonen, ſie mögen angeſeſſen ſeyn oder nicht, der ordentlichen Civil-Obrigkeit unterworfen."

Ibid. § 3. „Andere bey der Armee angeſtellte Perſonen, welche nicht als Soldaten betrachtet werden können, und nicht zu dem General-Staab oder Etat der Regimenter gehören, ſollen in allen ihr Amt betreffenden Angelegenheiten der Militair-Gerichtsbarkeit, hingegen in allen übrigen Sachen, denen Civil-Gerichten unterworfen ſeyn. (Die bey Garniſonen, oder andern Militair-Anſtalten verordnete Prediger ſtehen in Amts- und Perſonal-Sachen unter dem Ober-Conſiſtorio)" Neceſſe tamen eſt, vt iudex, qui ex his quendam vocaturus ſit, futuram vocationem nunciet alteri iudici, cuius iurisdictio ob diuerſa rei officia in eundem competebat. Quod cum paſſim iuberi videmus, tum recentem admodum de armamentario legem habemus d. d. 25. Ian. 1790 in qua haec leguntur: „Nachdem Wir nun der Nothdurft befinden, daſs zu Vermeidung etwaniger Inconvenienzen, von den Civil-Obrigkeiten dem jedesmaligen Vorgeſetzten des Haupt-Zeug-Hauſes von der erforderlichen Geſtellung eines Untergebenen vor die Civil-Gerichte in Zeiten ausführliche Nachricht gegeben werde, damit wegen deren Dienſt-Verwaltung die nöthige Vorſehung und Veranſtaltung getroffen werde." u. ſ. w.

*qq*) Verba (Hoffm. pag. 829) haec ſunt: „Als gehet Unſere gnädigſte Intention dahin, daſs führohin alle excedirende und verbrechende, ſowohl beurlaubte, als andere Soldaten, in delictis communibus, nach dem Exempel anderer Dienſte, ſofort in loco delicti von der Civil-Obrigkeit des Orthes arretiret, über die begangene Ex-

legimus hanc conceſſionem, ſed extenſam ad duces ſuperiores, ea tamen lege, vt qui proximus inueniatur delinquentis iudex, ſimulque ſenatus, qui rebus bellicis praeeſt, certiores de cauſſae natura reddantur [rr]).

ceſſe und Verbrechen zum erſtenmahl ſummariſch vernommen, nach deſsen Erfolg, ohne weiters in der Sache zu verfahren, mit Einſendung der gehaltenen Vernehmungs-Regiſtratur, Bericht zu Unſerm Geheimen Kriegs-Raths-Collegio erſtattet, und von daraus fernere Reſolution erwartet, zu gleicher Zeit aber auch dem Regimente, wohin der Excedent oder Verbrecher gehört, von deſsen Arretirung und Vernehmung Nachricht ertheilet werde."

rr) Ad quem locum Winklervs, Opuſc. Vol. I, pag. 23. non ſine iure obſeruat, iudicem, qui deprehenderit, per illam legem non ad curandam exhibitionem obligari, ſed ad nunciandum tantummodo, ſe deprehendiſſe. Innititur autem ipſi illi § 3. ſimulque § 17 Ordinat. d. a. 1728. Caeterum cum legislator in recentiſſima illa lege K. G. R. Sect. VII, § 3. mentionem non faciat Ordinat. de anno 1728, § phique eius 17: abſtinendum videtur noſtro tempore iudici ciuili ab omni aedium delinquentis perquiſitione, quae per hanc Ordinat. ei erat conceſſa; et hoc quidem eo magis, cum, qui recentiores leges Saxonicas, quae de re militari praecipiunt, cum anterioribus comparet, ſe eo duci videat, vt perſuadeat ſibi, noſtra aetate magis pro foro militari quam contra illud eſſe praeſumendum.

Nam cum ab initio eo vsque fauerent ciuili iudici leges, vt, ſi qui milites vna cum ciuilibus perſonis deliquiſſent, milites exhibendi indicarentur ciuili iudicio, quod ſcriptum eſt in Mand. d. d. 13. Iul. 1672, competeretque patrimoniali iudici prehenſio etiam in militaribus delictis (vid. Winkler. Opuſc. pag. 22): eo cecidit ciuilis poteſtas, vt in ipſo ſummario examine deprehenſi in delinquendo militis auctoritatem eius ſatis circumſcriptam inueniamus. (Praeterea, ſine ilis legibus, quas et adhibuimus et confeſtim adhibebimus, haud parum ad rei hiſtoriam faciunt Pat. d. d. 20. Febr. 1719. Hoffm. in C. mil. pag. 819. et Ord. gen. d. d. 3. Dec. 1743 in Hoffm. pag. 934.) Quam quidem ſententiam non minus valere putauerim in interpretatione eorum, quae in Ordinatt. d. a. 1673 § 4. 1682 § 18. 1692 § 20, 1697 § 21, de deprehendentis iudicis poteſtate leguntur. Nullo autem pacto eundem fori militaris fauorem creviſſe etiam dicas in militibus dimiſſis, qui, modo praefecti eſſent, antea in delictis priſtinae adhuc iurisdictioni ſuberant, Pat. d. d. 20. Febr. 1719 § 5 Ord. d. d. 22. Nov. 1722 Hoffm. pag 823 Ord. d. d. 20. Sept. 1728 et Ord. d. d. 10. Sept. 1726 H. pag. 827 hodie autem ciuili iudici ſubiecti ſunt, K. G. R. II, § 5. vbi in omni re, etiam criminali, pro Schriffaſſis habentur. Vniuerſe autem hoc monere iuuat: qui legislationem Saxonicam militarem conſideret, certe intellecturum eſſe, a magna inconſtantia ac varietate eam ad magnam ſimplicitatem perveniſſe. Fori ipſius militaris

Quos vero caeteros invenimus caſus, vbi ad forum militare ſit remittendum: perſonale militum forum in exhibendis non reperimus. His autem potiſſimum accenſendi videntur duo loci, primum, vt, qui dimiſſi ſint a militia accuſentur criminum militarium, dum milites eſſent, commiſſorum, deinde, vt in militem a iudice militari inquiſitum ſit de delicto communi, hoc autem tunc viſum ſit aut non commiſſum a reo, aut leue admodum, ita, vt ne dubitaretur quidem, quin reus interdum a militia poſſet dimitti, nunc autem appareat, denuo eſſe in reum inquirendum. In vtroque enim caſu reus exhibendus eſt iudici militari [ff]).

Sportulas autem a iudice civili remittente accipi Ord. de a. 1752. l. c. vetuit. Dubitauerim autem adſtipulari Winklero, qui l. c. pag. 25. reſtrictiua huius legis interpretatione vtitur, ac putat, a milite re familiari inſtructo petere iudicem ſportulas poſſe. Cum vero lex ipſa ſimpliciter vetet, minus opinor ſpecialem hanc cauſſam ei ſubiici poſſe, qua iure aliquo ad noua quaedam deducti dicamur, quam aliam eamque generalem, quam haud ſcio an recte in favore militaris iurisdictionis quaeſiuerim. Video praeterea opinionem meam confirmatam per §. 5. S. VI des K. G. R. vbi non minus vniuerſe vetatur, in foro accisae quidquam ſportularum a militibus accipi.

priuilegium excultum, abuſus eius in alienis quibusque ſublatus.

Renunciando autem militem apprehenſum a foro militari non liberari, cum per ſe intelligitur, tum per Mand. d. d. 30. Oct. 1739 (H. pag. 830.) munitum eſt.

ff) K. VII § 6. „Doch werden hiervon billig ausgenommen, a) die während der Dienſtleiſtung begangenen Militair-Verbrechen, weſshalb der Entlaſſene allemal dem foro militari unterworfen bleibt; b) Gemeine Verbrechen, ſo vor der Entlassung bey den Militair-Gerichten bereits anhängig worden, daher bey ſelbigen die Unterſuchung fortzuſtellen iſt.“

Sed quum hactenus de ea exhibitione dixerimus, quae ſit ad forum militare, dicatur nunc de ea, quae fieri debeat a foro militari. Primum autem occupat locum ea exhibendi ſpecies, quae forum, quod vocant Acciſae, concernit.

Nam cum iam in Reg. d. d. 11. Oct. 1753 (Hoffm. pag. 833 ſq.) de huius fori praerogatiua conſtitutum eſſet, nouam eiusdem legis ſanctionem legimus in K. G. R. S. VI Vtraque autem haec lex inuicem ſibi ita conueniunt, vt recentior haec non niſi ſuccincta prioris repetitio eſſe videatur. Quae autem de noſtra re in eadem ſcripta deprehenduntur, haec fere ſunt. In iniuriis forum rei vbique valebit, ita tamen, vt de ſententia ipſa eiusque executione certior fiat, qui rei inuentus fuerit index. [tt]) In acciſalibus autem delictis diſtinguendum cenſuerunt legumlatores inter milites eorumque duces, ita vt milites aut inferioris ordinis duces cum familiarum membris iis, quae apud cohortem ſunt, nec non ducum ſuperiorum ſerui requirenti acciſae iudici ſint ad inquirendum ſiſtendi [uu]), finito autem inquirendi officio ad militarem iudicem poenae militaris infligendae cauſſa aut ad dominum remittendi. [vv]) Ex ducibus autem ſuperioribus ſi qui deliquerint contra acciſae leges, exhibendi hi quidem non ſunt, ſed, vbi non ſunt ex iis, qui *Staabsofficiers* dicuntur, res nuncianda ei, qui praeeſt legioni, ſin ex dictis

*tt*) Regul. 1753 § 1 et 2. K. G. R. l. c. § 10. Caeterum in caſu denegatae per militarem iudicem iuſtitiae, huius impenſis reſtituendum actorem eſſe legitur Reg. § 1.

*uu*) Regul. § 3 et 4, vbi adiicitur, de reo aegroto ſtatim iudici acciſae requirenti eſſe nunciandum. K. G. R. l. c. § 8.

*vv*) Regul. et K. G. R. § 5. Dominus vero aut mulctam praeſtandam curare, aut reum, vt amplius cognoſcatur, carcerive ille mandetur, acciſae exhibere tenetur. ibid. § 7.

*Staabsofficiers*, collegio redituum Electoralium ſecreto (ſecundum Reg. § 12 etiam ei, qui omni exercitui praeeſt, *dem Generalfeldmarſchall*) xx).

Praeter hoc autem exhibitionis genus, in acciſa obuium, hi potiſſimum ſuperſunt caſus, vbi a foro militarî praeſtanda ſit exhibitio: primum, in criminibus ante militiam commiſſis, modo ſit inquiſitio penes ciuilem iudicem iam coepta; (quae tamen conditio ceſſat in iis, qui poenae declinandae cauſſa ad militiam confugerint,) yy) deinde in militibus, praediorum equeſtrium poſſeſſoribus, ob delicta horum ratione, aut in perſonis ad eadem pertinentibus admiſſa zz); denique, (ſi quis hunc caſum caeteris annumerandum putet, cum in eo de vero foro militari non agatur) in delictis, quae perpetrantur in locis, aut rei militari aut militum curae prae reliquis commiſſis. *)

Quae vero ſunt caetera exhibitionum in foris priuilegiatis Saxonicis capita, ea, vt minus grauia, tertio Specimini, propediem edendo, ſubiicienda cenſemus. Valete, qui ſitis lecturi, atque fauete.

xx) Regul. § 11. 12. K. G. R. § 8. 9.

yy) K. G. R. VII, § 7.

zz) K. G. R. l. c. §. 4.

*) K. G. R. l. c. § 11.

---

CORRIGENDA.

Pag. 17 n. dd lin. 10 l. prehenſio.

— 22 lin. 3 ea l. ex.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-438366-p0033-6

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-438366-p0034-2

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-438366-p0035-7

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-438366-p0036-3

Leipzig, Diss., 1797
X 2309 032

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-438366-p0037-8

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt
urn:nbn:de:gbv:3:1-438366-p0038-4

10380.

1797, 16.

DE

# EXHIBITIONE DELINQVENTIVM

## SPECIMEN SECVNDVM.

DE

FORIS PRIVILEGIATIS SAXONICIS,

SCHRIFTSASSICO, ACADEMICO, MILITARI,

SCRIPSIT

ET

ILLVSTRIS IVRECONSVLTORVM ORDINIS

AVCTORITATE

PRO

SVMMIS IN VTROQVE IVRE HONORIBVS

RITE CAPESSENDIS

PVBLICE DISPVTABIT

A. D. XIX. SEPT. MDCCXCVII

H. L. Q. C.

CAROLVS THEODORVS GVTIAHR

SORAVIA-LVSATVS

PHIL. DOCT. ET ARTT. LIBB. MAG.

IVRIS VTRIVSQVE BACC.

LIPSIAE

TYPIS SOMMERIANIS.

Universitäts- und Landesbibliothek Sachsen-Anhalt

urn:nbn:de:gbv:3:1-438366-p0039-3